

nes Deus relinqueret, Deus amplius non esset.

Et ideo, ut sāpe dictum est, filii charissimi: dum vivis, servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ejus nequando pereatis de via iusta, Gultate filii mei charissimi: iterum dico, Gultate, & vide te, quoniam suavis est Dominus. Divites egurunt & effuerunt, & dormientes hic in divitiis & voluptatibus suis, nihil invenerunt in manibus suis. Inquirentes verò Dominum, non deficient omni bono. Junior fui & sensui & nunquam vidi iustum in fine derelictum: nec semen ejus egenus pane.

Imitatores paupertatis estote: ut sequamini vestigia ejus: qui cum in forma Dei esset, portans omnia verbo virtutis suæ: in cuius domo sunt divitiae & gloria: semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, & pauper & inops natus est. Pauper & plus quam inops fuit quoque virxit. Nullum sit unquam cum vitiis ferdus: sic diligatur homo, ut ejus vitium odiatur. Magnum dilectionis signum est hominem in quibuscumque minimis reprehendere. Sæpe multum vana nocet humilitas. Non vera humilitas est, via tacendo permittere. Clama, ne cesses, Iaias inquit, quasi tuba exalta vocem tuam: annuncia populo meo sciera eorum. Utinam & contra vitia omnis clamaret creatura. Quia si peccator Deum non timet, tamen homines reverentur. Quod Apostolus nos docens dicit: Irafcimini & nolite peccare.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Justus est Dominus, & justitiam dilexit: æquitatem vidit vultus ejus. Si justus, & vos justi effete. Negligentia & vana pastoris humilitas, efficit ut lupi in agnos audere possint. Ne resipiciatis in vultum potentis: non est perfornarum acceptio apud Deum.

Ubique quod justum est operemini. Vult vera justitia unicuique reddere quod suum est. Obedire oportet Deo, & non hominibus. Nonne si veritatem taceris metu potuum, judicatis apud vosmetipos: & facti estis judices cogitationum vestiarum: & non plus vestra abundat justitia, quam scribarum & pharisæorum? Non plus divitiae honores quam pauperem, nisi melior sit. Quinimo, ut verius dicam, multo plus pauperem honores. Reluct enim in paupere imago Je-  
su Christi: in divite autem, mundi.

Cum enim dives factus est homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, nonne superbit, & cum superbit nonne polluantur vite ejus in omni tempore? Et tunc sedens in insidiis cum divitibus in occulto, cogitat ut interficiat innocentem. Oculi ejus in pauperem recipiunt: & infidulantur in occulto: ut rapiat cum tanquam leo in cubili suo, dicens in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat usque in finem. Etenim est Dominus aliquando dormiens, quasi crapulatus à vino.

Cum vero plus moratur Deus patientia ad inferendum iudicia, plus inebriator ira. Et ideo plus centuplo timendum est, cum longanimer tolera mala, quam cum festinanter punit. Permittit enim Deus aliquo tempore cruciari bonos ab iniquis & superbitis, ut supra dorsum bonorum fabricent peccatores, & prolongent iniquitatem sibi. Et ideo quanvis aliquantulum obliviscatur Deus, pauperem tam in finem non oblitiscetur misereri. Sed quoniam pupillo ipse adjutor est, cui derelictus est pauper: & superbit resitit Deus, humiliibus dans gratiam: conterit brachium peccatoris & maligni, exaudiens desiderium pauperis, judicansque pupillo & humili: ut non apponat ultra superbus magnificare se homo super terram.

Quapropter dilectissimi filii mei, si pauperes estis, humiliamini sub potenti manu Dei: ut non amittatis, quod abit, quæ facitis. Nihil paupertas Deo gratiosa est, sine humilitate. Maluit Deus de beata Maria incarnari propter humilitatem, quam propter aliam quamcumque virtutem. Sicut enim ex sola superbie radice, omnia oriuntur mala: sic ex sola radice misericordia generantur omnia bona. Ceterum, idem inquit, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Ululare vos ò miseri, nonen instabilis fortuna, nobiles & potentes, qui alios confunditis, & tanquam ignobiles conculcatis: quia hujus mundi honorum & fallarum dignitatum fulmis obsecrati, cum vestra vite brevissima tela à morte velut à texente, forte hac nocte succident: in inferno fine interminabili præ aliis cruciabimini, continuè moriendo.

Viventes in laboribus hominum, mundi non estis: immo cum hominibus non solum labores non fertis, sed laborantes vivere non permititis: idcirco non cum hominibus, sed cum diabolis flagellabimini. Quanto enim in mundo major fuit gloria & latitia, tanto major in inferno præparatur pena. Sed quid dicam? Duodecim fatemur Christum Apostolos elegisse: quoniam omnium solus Bartholomaeus carnis

exemplum Christus reliquit: cum suorum ablvens pedes discipulorum, Petro dixit: quod nisi obediens fieret, non haberet partem secum.

Idcirco dilectissimi filii: sicut vobis unum est nomen monachi, ita sit unum velle & unum nolle. Bonum est enim & jucundum habitare fratres in unum. Nec sit in vobis major aut minor: sed qui præcessor est, fiat sicut junior: ne videlicet regum gentium instar, qui major est in vobis, dominetur ceteris patribus: ut ab eis gaudeat supervacuis laudibus attoll. Sed ad exemplum regis Iesu Christi, major humilitate efficiatur quali minor, quibus regendis præst. Sit enim uester major per humilitatem socius minori cum bene agit: sed cum delinquit, sit erectus contra vitium per zelum iustitiae.

Nullum sit unquam cum vitiis ferdus: sic diligatur homo, ut ejus vitium odiatur. Magnum dilectionis signum est hominem in quibuscumque minimis reprehendere. Sæpe multum vana nocet humilitas. Non vera humilitas est, via tacendo permittere. Clama, ne cesses, Iaias inquit, quasi tuba exalta vocem tuam: annuncia populo meo sciera eorum. Utinam & contra vitia omnis clamaret creatura. Quia si peccator Deum non timet, tamen homines reverentur. Quod Apostolus nos docens dicit: Irafcimini & nolite peccare.

Natura denegat ut contraria miscentur. Aut ego fallor, aut ipsi in fine decipientur. Qui mihi non credunt, eredant cum divitiis sue transierint in egestatem. Dives hic epulabatur quotidie splendide, indutus purpura & byssu: sed mortuus, quod Moysi & Prophetis noluit credere, in tormentis positus fuit. Nemo militans Deo, implicat se negotiis scularibus. Non salvabitur rex per multam virtutem suam: nec dives divitias suis. Est enim equus divitiarum fallax ad salutem. Nonne divitiae conjuncta est superbia? Et ubi superbia est, ibi pejus. Nonne omnia oriuntur mala ex superbia, tanquam ex una radice?

Cum enim dives factus est homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, nonne superbit, & cum superbit nonne polluantur vite ejus in omni tempore? Et tunc sedens in insidiis cum divitibus in occulto, cogitat ut interficiat innocentem. Oculi ejus in pauperem recipiunt: & infidulantur in occulto: ut rapiat cum tanquam leo in cubili suo, dicens in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat usque in finem. Etenim est Dominus aliquando dormiens, quasi crapulatus à vino.

Cum vero plus moratur Deus patientia ad inferendum iudicia, plus inebriator ira. Et ideo plus centuplo timendum est, cum longanimer tolera mala, quam cum festinanter punit. Permittit enim Deus aliquo tempore cruciari bonos ab iniquis & superbitis, ut supra dorsum bonorum fabricent peccatores, & prolongent iniquitatem sibi. Et ideo quanvis aliquantulum obliviscatur Deus, pauperem tam in finem non oblitiscetur misereri. Sed quoniam pupillo ipse adjutor est, cui derelictus est pauper: & superbit resitit Deus, humiliibus dans gratiam: conterit brachium peccatoris & maligni, exaudiens desiderium pauperis, judicansque pupillo & humili: ut non apponat ultra superbus magnificare se homo super terram.

Quapropter dilectissimi filii mei, si pauperes estis, humiliamini sub potenti manu Dei: ut non amittatis, quod abit, quæ facitis. Nihil paupertas Deo gratiosa est, sine humilitate. Maluit Deus de beata Maria incarnari propter humilitatem, quam propter aliam quamcumque virtutem. Sicut enim ex sola superbie radice, omnia oriuntur mala: sic ex sola radice misericordia generantur omnia bona. Ceterum, idem inquit, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Ululare vos ò miseri, nonen instabilis fortuna, nobiles & potentes, qui alios confunditis, & tanquam ignobiles conculcatis: quia hujus mundi honorum & fallarum dignitatum fulmis obsecrati, cum vestra vite brevissima tela à morte velut à texente, forte hac nocte succident: in inferno fine interminabili præ aliis cruciabimini, continuè moriendo.

Viventes in laboribus hominum, mundi non estis: immo cum hominibus non solum labores non fertis, sed laborantes vivere non permititis: idcirco non cum hominibus, sed cum diabolis flagellabimini. Quanto enim in mundo major fuit gloria & latitia, tanto major in inferno præparatur pena. Sed quid dicam? Duodecim fatemur Christum Apostolos elegisse: quoniam omnium solus Bartholomaeus carnis

origine fuit nobilis: & Matthæus divitiis ( antequam reciperet Apostolatum ) insistebat. Cæteri vero erant paupertimi pectorares. Cur hac retuli, audias. Si Christus verax est, & si omnia qua ex ore ejus audivi mendacia non sunt: hujusmodi hominum vix unus aptus regno Dei invenitur de mille. Qui vero eorum mihi non credunt, post modicum tempus in tormentis positi sentient.

Sed fortè quis veritatem lumine cæcus jam mirabit. Ad quem ego: si ex hoc me interrogaret, responderem: Nonne unico credimus damnati hominem mortali peccato? Sed si hoc, inquiet, ita est: ergo quomodo salvabitur centum milibus? Sed quid dives & mortalis fama aura patus aliud est, quam quoddam peccatorum omnium vas putridum? Ubi superbia? Ubi avaritia? Ubi luxuria? Nonne in divitiis, nobilis & potentibus? Nonne latrones sunt, qui pauperum mercedem violenter deprædantur: & eos deprimit atque necant? qui ex libertate domus Domini faciunt iniqua, quam ut pauperibus necessaria condonarent, reperirent? Certe superfluitatem vestimentorum superfluitati nimis addunt, de pauperibus frigore & nuditate morti nibus non curantes. Palatio & magna erigunt ædificia: ut humani oculis contemplentur: & pauperes in plateis moriuntur incommodis. Convivia frequentur alii præparant divitibus: ut ferculi delicatissimi suam ventris repleant ingluviem, qui tenuis pauperes fame pereunt.

Quid aliud est eorum vita, quam peccata: Si venter repletus tanta ciborum est copia, nonne ad fores ejus adeat luxuria? Et quid ergo amplius loquar, cum omnis mortalium lingua deficeret: ut que millia peccatorum faciunt, intimaret: nec Deum nisi somnando cognoscunt: nec se, ut puto, morituros arbitrantur. Non enim facile in peccata labitur, qui se morituros cogitat: & Deum sibi fore judicem non ignorat. Verè nimis imbecillis & miser est, cui harum rerum est memoria: si cuncta diabolica tentamenta non facile vili pendit. Idcirco vere dicam, si Deum judicem suum agnoscere: & se mori crederent: non peccarent saltet tam securè. Cur hi miserrimi ad Ecclesias properant, ut divinis interstiti mysteriis? an ut mulierum contemplentur vultus? Hæc sua est meditatio, hæc predicatio, & Dei cognitio. Sic divinam percutantur legem, ut pecuniam, terram, maraque peragrantes, crebris vigiliis, & meditationibus fibi & suis filiis congregant: certatum vestimenta in societate, mira artifici varietate frequenti mutant: quin ut ludos hasiliudia, chœres, procationes, ebrietates, magna convivia, delicata fæcula, suis alternatim exhibeant fidelibus: mulieres ad suam voluptatem explendam sufficienter habeant.

Sed vero miseri, quid facitis non agnoscitis: corpus autem tempus destruit, & animam interficit. Unde infirmitates & mors tam intempora: nisi ex nimia ciborum copia, & frequenti mulierum ufo: Deum deludere creditis? Certe deluditis vosmetipos, Pro corpore obliuiscimini animam: & ecce corpus simul cum anima destruitur ante tempus: & ideo gaudete, & jucundamini, & letamini in hoc brevissimo tempore. Spatio quad habetis: ut postmodum cum diabolis fine omni tempore lugatis. Quod facitis, non differatis: frequentissime vestimenta permuteatis: ut forte vestra dispensat nobilitas: nec sit vos excedat, ut in inferno verecundiam recipatis & confusionem.

Ubi convivia? Ubi delicata fæcula? Ubi vina pretiosa melle mixta, & aromatibus preparata? Epulemini, & inebriamini: non enim post mortem amplius facietis: sed cum dñe, qui quotidianè epulabatur splendide, in tormentis gehennalibus guttam aquæ minimam proterpabit, nec habere poteritis. Agite solitudo vestra: in luxuris explete voluptates. Seminate in corruptione, ut de corruptione colligatis divinam sententiam: quam justus ille dabit iudex, in magno iudicio dicens: Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

Heu cor lapideum: si cum talem tibi cogitas ob hujus mundi prava solitudo imminere sentiantur, non formidas. Si illum expetas diem tam terribilem & crudellem: in quo non solum de luxuris, vestibus, & ebrietatibus, comedatiibus, & de toto tempore amissu quo vixisti, sed etiam de qualibet te oportebit cogitatione vana Domino reddere rationem: cur non emendaris? Cur moratis de die in diem miseris converti ad Dominum? Cur te jam malorum non penitent? Ecce mors properat, ut te conterat, die nocturne cur-

rens. Ecce diabolus jam properat ut te recipiat. Ecce divitiae tibi deficient. Ecce vermes corpus quod tanta enutris diligentia, expectant, ut illud rodant: quouique iterum coniunctum anime, cum illa pariter penas habeat infinitas. Quid errando per hujus facili invia, in vanitatibus petis foliatione? Divitias, gaudia, gloriam, & cetera tibi placita non invenies hic: quia non hic sunt.

Sed si vera queris gaudia, ad illam cœlestem gloriam propera, ad quam factus es. Ibi certe illa sunt gaudia vera, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit: nec in cor hominis ascenderunt. Dimitte quæso caducæ & momentaneæ, & querre habere perpetua. Sed quid de his qui nec Dei timore, nec amore: nec mortis & tormentorum subfrequentia terroris a peccatis cessant, sed condolent, si ut optant, prava agere non possunt, dicam? Væ va miseri qui hic ridetis, quia plangeris. Væ cum ista optatis gaudia temporalia: quia vobis invitî suffinebitis tormenta infernalia.

Ecce vobis modicum restat temporis: implete mensuras malitiarum vestiarum, ut veniat super vos omnis divina indignatio. Frustram hoc parvo tempore in jocis, ebrietatibus, prælia & contentionibus, chœreis, & procationibus, nec vacuum præterire tempus dimittatis. Quid moramini dum vivitis? Congregate filii vestris honoros, divitias & potentias, vestram augete nobilitatem & famam, ut vestri filii quæ fecisti explore & ipsi queant, quantum cum illis pariter in inferno ampliora patiamini cruciamenta.

Sed fortè quis dicit: Benignus est Dominus & misericors, qui omnem peccatorem ad se redeuntem recipit & indulget. Verum quidem hoc esse confiteor. Benignior est enim Dominus, quam creditur: & unicuique parcit ad se, ut conceder, redunt. Nonne benignissimus est Dominus, qui tantas tollerat injurias a peccatoribus, dans eis temporis spatium ut emendentur? Sed hoc noveris: quia sicut benignus est in tolerando, ita justus est in puniendo. Sed fortè quis iterum dicit: vir qui toto tempore que vixit malefecit, in mortis articulo accepta penitentia, à Deo veniam obtinebit.

Heu quam vana suspicio, & falsa meditatio. Vix de centum milibus hominum: quorum mala semper fuit vita, meretur à Deo habere indulgentiam unus. Vir totus in peccatis genitus & enutritus: qui nec Deum vidit, nec agnovit, nec de eo audire voluit: nec se peccasse cognoscit: nec quid penitentia fit, nisi forte dormiente novit, totus adhuc feculatibus innodatus negotiis: quem angustia premit filiorum quos deferit: quem infirmitas conterit: quem dolor divitiarum, & temporalium bonorum concurrit, cum eis non posse frui amplius se certuit, quam acceptam Deo accipit penitentiam, quam non acciperet, si adhuc se posse facari crederet.

Certe vero concludam: qui dum sanus est juvenis, Deum offendere non formidat: in morte non mererbitur divinam obtinere indulgentiam. Quæ dilectissimi filii est penitentia, quam solum quis accipit: quia se vivere non posse amplius cernit: qui si ex infirmitate convalesceret, pejor quam prius feret. Scio non modicos pecunioforum, accepta in mortis articulo penitentiam convulsione corpore, & pejorasse vitam. Hoc teneo: hoc verum puto: hoc multiplici experientia didici: quod ei non bonus est finis, cui mala semper fuit vita: qui peccare non timuit, sed in mundi vanitatibus semper vivit. Preciosa, inquit Propheta, in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Et mors peccatorum peccata.

Et ideo filii prædictissimi, accingimini potentia: estote filii potentes: & nolite horum misericordiarum divitias, & potentiam ( quorum jam tantam ostendimus imbecillitatem & misericordiam esse, quam non diceret lingua carnis ) tenem potiam formidare in operando iustitiam. Qui enim propter iustitiam persecutionem patitur, beatus est, & bene fibi erit: & si moritur, beator. Preterea nempe est in conspectu Domini, mors sanctorum ejus. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Non enim potes illa sustinere pro Christo, quæ sunt condigna ad futuram gloriam: quæ revelabitur cum apparuerit gloria nostra quæ sursum est, & non super terram. Non speret mercedem, qui non laborat.

Non sufficit solum Christiani nomen. Christianus es, imitate Christum. Frustra Christiani habet ille nomen, qui f. iiij

diabolum sequitur. Quinimò Christianus omnino non est, sed Antichristus: juxta illud beati Evangelistæ Joannis: Auditis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi sunt. Vis ergo regnare cum Christo, patiaris cum Christo. Si Christum Dominum & regem, cui est nomen super omne nomen, oportuit pati, ut sic intraret in gloriam suam: quam fiduciam habes te intrare sine labore? O quam stulti sumus & tardi corde ad credendum. Volumus hic gaudere cum saeculo, & postea regnare cum Christo. Dominus nudus ingreditur: ieservi superfluitate onus velutum, auri & gemmarum intrabit? Ille jejunus, iste crapula & luxuria plenus: ille in cruce pro ipso moriens, iste in lecto ducatur dormiens?

Quod Dominus non facit, servus faciet: Promittit Dominus Zebedaei filii regnum suum, si calicem quem bibiturus erat, possent bibere. Sic fatus filii hominum non reat judicantes, neque quod verum est, cognoscentes: dicentes malum bonum, & bonum malum. Revertimini ad cor, venientes audite me: & narrabo vobis que audivi & cognovi, & patres nostri narraverunt mihi, nec occultetur a filiis hominum. Adhucero Deo bonum est: & sicut ille ambulavit, sic ambulare. Sicut Christus animam suam pro nobis posuit: sic & nos, si opus est, pro veritate, qua ipse Deus est, exerceta in operatione. Est enim patientia velutum, quo in Iudeo mundi procellis, navis nostra quocumque flante vento navigat securè: nullum timens periculum. Nullum velutrum ad vindictam vel odium proximi, contumeliosa verba commoveant.

Eftote misericordes, sicut & pater vester misericors est: qui pluit super justos & injustos: & solem suum facit oriri super bonum & malum. Judicium sine misericordia illi fieri, qui non facit misericordiam. Misericordia superexaltat judicium. Si non remiseritis de corde vestro illis qui offendunt vos: nec pater vester dimittet vobis. Frustra petet misericordiam, qui alii denegat misericordiam. Sulfites, inquit Apostolus, si quis vos in servitutem redigit: si quis in faciem vos cedit. Hic velut stabilitur virtus: haec tota merces & premium: ut amicos diligamus in Deo, & inimicos propter Deum. Servus ille nequam accepta misericordia, conservo suo denegavit misericordiam: & ideo meruit habere severitatem iustitia. Iustitia sine misericordia, crudelitas est: & ideo iustitia misericordia miscenda est. Lex nostra tota in misericordia est. Propter peccatum quoque poterat damnare nos Deus iustitia, quos sua salvavit misericordia. Quapropter qui misericordia caret, Christianus non est. Impossible est esse hominem misericordem & piutum, & iram non placare divinam. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sacerdos & monachus præcipue sine misericordia, navis est in medio pelagi undique perforata. Vana religio est, qua caret misericordia. Parum prodet differentem esse vestimentis saecularibus, & concordem vita. Non vestimentis & ordine solum quis est sacerdos & monachus, sed vita.

Heu quid dicam? Sæpe ex magna abundantia tristitia, homo multa loquitur. Ecce mundus undique fervet monachis & sacerdotibus; & tamen jam sunt rarissimi sacerdotes & monachi: quod vix de centum unus reperiatur bonus. Nulla certè in mundo tam crudelia bestia, quam malus sacerdos vel monachus: nam corrigi non patitur: nec veritatem unquam audire potest: & ut breviter dicam, omnes præminent malitia. Sunt hi tales sacerdotes & monachi solum habitu & nomine, quorum vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum Patrem haec est: Visitare pupilos & viudas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodiare ab hoc sæculo. Heu quantum in quibusdam spiritualibus habitu & nomine crevit cupiditas, ino ut verius dicam, causa hujus spiritualitatis est avaritia: qui certè sunt lupi rapaces in vestimentis ovium. Ubi sacerdos & monachus cupidus est, & sine misericordia: ab eodem plus quam à serpente fuge.

Sunt etiam nonnulli qui totum suum fructum existimant Ecclesiæ & monasteria, miro modo & opere ex pauperum mercede edificare: in quibus tanta viget cupiditas, ut terram sibi & omnia deficere potent. Ibi cor, ibi mens, ibi semper suu est cogitatio: ut aliena possint expoliare marführung. Hos tales Salvator increpans: Væ vobis, inquit, qui edificatis monumenta Prophetarum. Ecce qui monasteria edificant, Ecclesiæ miro artificio aptant: bonum videntur opus facere. Sed siquidem misericordiam pauperibus faciunt,

hac suis discipulis: quos dilexit usque in finem in signum principia dilectionis, cum in ultima cena dixit: Amen dico vobis: quia plurabit & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Gaudete filii mei prædilectissimi, cum odit vos mundus. Desiderate sufferre contumelias & opprobria ab hominibus, quia beati eritis cum maledixerint vobis homines, & perfecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter filium hominis: gaudete tunc & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in colis. Utinam in vos infingeret totus iste mundus. Scitote quod de mundo non estis: quoniam si de mundo esstis, mundus quod sicut estet diligenter.

Omne gaudium vestrum existimat, cum multa habetis in seculo opprobria & adversitates: scientes quod fortitudine & patientia ex ipsis oriuntur. Patientia autem perfectum opus habet. Probantur autem virtutes in homine per patientiam, tanquam aurum per ignem. Qui ceteras habet virtutes fine patientia, aurum in vasis fictilibus portat. In sola, dicebat Salvator, patientia vestra possidebitis animas vestras. Fortitudo connexa est patientia. Vir patiens, fortis est animo. Qui patiens & fortis est, secute bona sequentis vita sperare potest. Servate patientiam in mente: eamque dum tempus est, exercete in operatione. Est enim patientia velutum, quo in Iudeo mundi procellis, navis nostra quocumque flante vento navigat securè: nullum timens periculum. Nullum velutrum ad vindictam vel odium proximi, contumeliosa verba commoveant.

Eftote misericordes, sicut & pater vester misericors est: qui pluit super justos & injustos: & solem suum facit oriri super bonum & malum. Judicium sine misericordia illi fieri, qui non facit misericordiam. Misericordia superexaltat judicium. Si non remiseritis de corde vestro illis qui offendunt vos: nec pater vester dimittet vobis. Frustra petet misericordiam, qui alii denegat misericordiam. Sulfites, inquit Apostolus, si quis vos in servitutem redigit: si quis in faciem vos cedit. Hic velut stabilitur virtus: haec tota merces & premium: ut amicos diligamus in Deo, & inimicos propter Deum. Servus ille nequam accepta misericordia, conservo suo denegavit misericordiam: & ideo meruit habere severitatem iustitia. Iustitia sine misericordia, crudelitas est: & ideo iustitia misericordia miscenda est. Lex nostra tota in misericordia est. Propter peccatum quoque poterat damnare nos Deus iustitia, quos sua salvavit misericordia. Quapropter qui misericordia caret, Christianus non est. Impossible est esse hominem misericordem & piutum, & iram non placare divinam. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sacerdos & monachus præcipue sine misericordia, navis est in medio pelagi undique perforata. Vana religio est, qua caret misericordia. Parum prodet differentem esse vestimentis saecularibus, & concordem vita. Non vestimentis & ordine solum quis est sacerdos & monachus, sed vita.

Heu quid dicam? Sæpe ex magna abundantia tristitia, homo multa loquitur. Ecce mundus undique fervet monachis & sacerdotibus; & tamen jam sunt rarissimi sacerdotes & monachi: quod vix de centum unus reperiatur bonus. Nulla certè in mundo tam crudelia bestia, quam malus sacerdos vel monachus: nam corrigi non patitur: nec veritatem unquam audire potest: & ut breviter dicam, omnes præminent malitia. Sunt hi tales sacerdotes & monachi solum habitu & nomine, quorum vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum Patrem haec est: Visitare pupilos & viudas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodiare ab hoc sæculo. Heu quantum in quibusdam spiritualibus habitu & nomine crevit cupiditas, ino ut verius dicam, causa hujus spiritualitatis est avaritia: qui certè sunt lupi rapaces in vestimentis ovium. Ubi sacerdos & monachus cupidus est, & sine misericordia: ab eodem plus quam à serpente fuge.

Sunt etiam nonnulli qui totum suum fructum existimant Ecclesiæ & monasteria, miro modo & opere ex pauperum mercede edificare: in quibus tanta viget cupiditas, ut terram sibi & omnia deficere potent. Ibi cor, ibi mens, ibi semper suu est cogitatio: ut aliena possint expoliare marführung. Hos tales Salvator increpans: Væ vobis, inquit, qui edificatis monumenta Prophetarum. Ecce qui monasteria edificant, Ecclesiæ miro artificio aptant: bonum videntur opus facere. Sed siquidem misericordiam pauperibus faciunt,

bonum est. Vis ut opus tuum Deo placeat, fac ut de hoc pauperes gaudent. Quod templum est Deo charius, quam homo? Templum Dei vos estis, inquit Apostolus. Cum pauperi manum tribui: cum viro in suis necessitatibus subvenis: cum errantem ad viam rectam reducis: ô quam admirabile & Deo gratum templum edificasti! Frange esurienti panem tuum: & egenos vagosque induc in domum tuam.

Nemo se excusat dicat: non habeo quod pauperi fratri tribui. Si vellimut vel aliquid ultra extremam possides necessitatem: & pauperi indigenti non subvenis, fur es & latro. Sumus dilectissimi filii in rebus temporalibus solum dispensatores, & non possessores. Si quid superfluum quo frater egat possidemus: furamus, ino pejus quam qui furatur aliqua ex inopia & necessitate. Ita tantum ultra necessitatem retinet, quo centum vivent, qui famé perirent. Ille uni furtum facit: iste tot, qui non condonat paupertibus necessitatem.

Dices fortè miser, meum est: nam hoc dimiserunt mihi parentes. Quomodo tibi potuerunt dimittere quod sicut non erat? Ait si tuum erat, inquires. Unde habuerunt? quis dedi eis? quid in mundum venientes, apportaverunt? quid recedentes secum ferent? Certè que pauperum possidemus, in die iudicii coram oculis divine iustitiae vindictam exclamabunt. Qui habent aures audiendi, audiat. Qui mihi non vult credere: heu quam graviter sentiet, cum divitiae sue transierint in egestatem.

Lex naturalis hoc præcipit: ut quod ab aliis desideramus, hoc aliis faciamus. Quid aliud lex vetus prædicat? Ac Evangelicam doctrinam percunatur unde, quid aliud insinuat: Verè coram Deo iustice erunt testimonia. Quid ergo dicam de his, qui solum lapides congregant: & muros erigunt in altitudinem: quorum est cor & cogitatio, ut humanis oculis opus appareat? Laudatur ædificium: & totam hic suam arbitrantur iustitiam? Sunt etiam aliqui qui de rapinis & pauperum sudore oblationes & victimas Deo offerunt. Tales oblationes ante divinam clementiam non parum sunt abominabiles. Quis tam insipiens est, ut non intelligat quod talia ædificia non edunt ad Dei gloriam, sed ad mundi pompa.

Sed si quis dicteret: Quid dicas? Nónne bonum est adificare monasteria, ut inde honoretur Deus? Ad quod ego: Bonum est, dummodo pauperes violentiam non sint passi: nec interpellent Deum contra eos. Quomodo possim ædificare domum Deo placitam, vel sanctis ejus, ex illis pecuniis de quibus pauperes plorant? Qualis iustitia potest esse munera mortuo, & spoliare viventes: & de indigentia pauperum offerte Deo? Certè si haec placeret Deo iustitia, foret socius violentia. Et si hanc à nobis vellet oblationem, confusus fieret in peccato. Ait si Deo displiceret, non potest placere sanctis. Qua de filii dilectissimi, deponentes omnem malitiam, omnem dolum, & similitudes, & invidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infantes rationabilis sine dolo lac concupiscere, ut in eo crescat in salutem: sitamen gustatissimam dulcem est Dominus.

Verè si non eritis sicut parvuli, non intrabis in regnum celorum. Parvulus videns pulchram mulierem, non delectatur. Preterea sicut intuens, non desiderat. In ira cordia non perseverat, Iesu non recordatur, nec odit. Patrem sequitur: matrem non deserit. Et ideo nullus se regnum celorum cogitet attingere, nisi hanc parvuli innocentiam & simplicitatem imitari studeat: id est, castitatem habere: mundum spernere: fratrem diligere: patientem servare: Patrem Christum sequi: & in gremio matris Ecclesie semper incumbere. Et exiuit vos dilectissimi veterem hominem: & induit vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus inuidias diaboli. Diabolus nihil in mundo possidet. Expoliatur ergo mundanus rebus momentaneis, & cito velut umbra labentibus, cum mundo pugneris. Qui oneratus vestibus cum diabolo luctatur, citius ad terram dejicitur: quia unde tenetur, haberet.

Vis firmiter cum diabolo dimicare: vestimenta projice ne succumbas. Terrena omnia sunt quasi quedam corporis induenta. Qui nihil possidet, citius vincet. Arma vestra pugnaturis sint castitas, patientia, humilitas, & charitas. Haec sunt arma adversus veritus diaboli: quibus si muniti fueritis accingetis fortitudinem lumbos vestros, & roburabitis brachium vestrum. Fortitudo & decor indumentum vestrum erit: & cum eritis in prælio, ridebitis. Non timebitis a frigoribus nivis: & verè fundata erit dominus vestra super firmam petram, quæ Christus est. Ensis diaboli, luxuria est. Heu quot illa interficit romphæa? Non est aliquid peccatum, quo toties diabolus vitior exstet.

Fugite luxuriam: nam sicut virginitas hominem æquat angelis, ino plus eum facit quam angelum: ita luxuria hominem plus quam bestificat, & ut ita dicam, multo pejore bestia eum efficit. De nullo alio peccato legitur. Deum dixisse, se peccatore fecisse hominem. Hæc hujusmodi facit opera: Corpus debilitat, & quasi semper cum morte destruit, famam denigrat, marupia evanescat, furta instruit, homicidia causat, memoriam hebet, cor auferit, oculos utrue que hominis excaet, & præ ceteris peccatis iram Dei provocat. Ex radice gula oritur. Pro nullo alio reatu, tam manifestam iustitiam exercuit Deus sine misericordia, quam pro isto. Propter hoc namque peccatum legitur Deus mundo induxit diluvium, Sodomam & Gomorram combusisse, & multos alios homines interemisse. Hoc rete diaboli: si quis hoc capitur, non cito solvit. In isto tam gravi prælio, nemo potest vincere, nisi fugiat: nemo potest firmiter perdurare, nisi carnem domet.

Qui vino uititur, ignem portat in gremio. Nolite, inquit Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria. Hoc præmium non sustinet, nisi in abstinentia & jejunio. Vinum nocet, sed vultus centuplo magis mulierum. Mulier, diabolus sagittæ est, quæ in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confidat vivens. Si sanctus es, nec tamen fecur es. Mulier, viri pretiosam animam rapit. Nunquid abscondere potest homo ignem in fine suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Homo & mulier, ignis & palea. Diabolus nunquam insufflare cessat, ut accendatur. Hujus prælia nunquam fieret vitior, nisi fugiens. Nunquam viri cum muliere fin longa colloquia. Sola simul loqui faciat necessitas. Vir mulieris cuncta spenat manuscula, & blanda verba, si non vult luxuria capi laqueis. Tanta sit inter virum & mulierem raritas: ut alter alterius nomen nesciat. Plurimi sanctissimi jam cederunt hoc vitio, propter nimiam securitatem. Timetis filii: si in aliis peccatis timendum est: in isto multo plus, sed verè dicam: Hodie sub spiritualitatis nomine, novum vir fornicationis genus a pluribus.

Heu quid proferam? Hodie non verecundantur homines, quinimò gloriantur, cum maleficerint. Aliqualis in mulieribus viger verecundia, quamquam parva: fed in viris ita haec crevit malitia, ut ille putetur insipiens, qui hujusmodi doctus non est. Quid plura? Hæc sua est festivitas, hac omnis prædictio. Ob hoc frequentant Ecclesias, ut mulieres videant, & earum utantur colloquiis: quatenus inde luxuria amplius crescat appetitus. Sed quid viri mifer gloriari in malitia sita? Forrè quia potens es in iniquitate? Centuplo plus peccas, quam mulier. Mulier mollis, & tu fortem te existimas. Illa in domo sedet: & tu vagando mille modis eam illaqueas, & aliquando eam cogis, ut vi facias. Hæc cum facis, quia Deus taceret: tu cogitas, quod sit tibi similis. Sed veniet tempus quo arguer te, & statuet contra faciem tuam.

Unde filii estote prudentes sicut serpentes, & simplis sicut columbe, & pugnate viriliter cum antiquo serpente. Sunt lambi vestri prædicti, & lucerne ardentes in manibus vestris: & tunc viriliter agite, & conforetur cor vestrum: quoniam illi qui debebant vos, timebunt: & in Deo faciet virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes vos.

Prædicti mei, diligite vos invicem. Non enim accepti hoc ab homine, sed a salvatore. Hoc est, inquit, præceptum meum, ut diligatis invicem. In sola dilectione omnium virtutum bona consunt. Sicut ex una radice multi exuent rami: sic ex charitate omnes generantur virtutes. Si linguis hominum, inquit Apostolus, loquerer & angelorum: si omnem habuero Prophetiam: & novero mysteria omnia & omnia scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Qui veram habet charitatem, benignus est & patiens. Ille veram habet charitatem, qui non tantum proximos diligat per affectionem cognitionis & carnis, sicut ethnici & publicani faciunt: sed ita diligit inimicum, sicut amicum. In hoc uno potest homo agnoscere si manet in charitate: si ab eo diligitur qui ei adversatur. Certè hic quam plurimum animadverendum est. Sunt quam plurimi qui diligunt, sed male. Intantum enim